



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,  
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,  
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ  
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XIII. De assecuratione Iudicii, & de cautionibus, ac de sequestro,  
alijsque provisionibus super assecuratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

Atque sicuti cum curatore, & tutorc, seu procuratore, aliove administratore generali judicium institui potest, ita non videtur quid prohibeat in patre, quem receptum esse majoris auctoritatis, quam sit tutor, vel curator, aliquis legitimus administrator.

Potissimum vero, ac certius, ubi de loci stylo, cum solo patre judicia in bonis adventitiis filii instituti, ac perfici soleant; Secus autem ubi stylus esset in oppositum, ideoque hunc esse questionis decisorem probabilius videtur; Adhuc tamen maturiori judicio referatur, cum magnorum Tribunalum maturas decisiones prævia questionis discussione non habeamus.

Regula item juris est, ut personarum pluralitas non supponatur minusque suppositio, qua utpote redolens delictum non est presumenda nisi probetur, *dicitur disc. 193. de fideicom.* Verum in praxi non de facili haec generalitas reputatur sufficiens, nisi alia cedant proxima adminicula, ob nimium frequentem usum praesertim Italiæ, & Hispaniæ pluralitatis familiarum ejusdem cognominis, ac fortius personarum, eiusdem nominis, *dicitur disc. 50. & 193. de fideicom.*

De assecuratione Iudicij, & de cautiobus, ac de sequestro, aliquis provisionibus super assecuratione.

### S V M M A R I V M.

- C**autio de judicio sibi, vel pro assecuratione iudicij in Curia non est in usu.
2. A sequestro non est incipendum, illudque est regulariter prohibitum, ideoque si opponatur, revocatur etiam cum manutentione possessoris.
3. An, & quomodo apposito sequestri dicatur attenta.
4. Datur manutentio etiam in iuste spoliato factio judicis.
5. De eodem de quo num. 3.
6. De sequestro in beneficialibus in vim Clementina.
7. Possessio vacua est sequestranda.
8. Item possessio attentata.
9. Quid de possessione turbida, non autem clara.
10. Principi quandoque conceditur ex causa sequestrare possessionem etiam claram.
11. Quando dicatur possessio turbida.
12. De limitatione regule de qua numer. 2. ut intret officium Iudicis pro sequestro.
13. Ifstud non est proprie verum sequestrum, & cauio est ejus medicina.
14. Quomodo provideri soleat in locis montium, & censibus.
15. Sequestrum provisionale non privat possessionem, neque inducit viuum litigios quod declaratur.
16. An sequestrum sit removendum pendente lite, vel debet exceptari suis.
17. Contra sequestrarium competit via exequitativa.
18. An munus sequestrarium sit voluntarium, vel necessarium.
19. An illi debetur salario.
20. An teneatur confiscare librum rationum.
21. Non allegatur suspensus.
22. Eius defensione cuiusdam damno cedat.
23. De aliis ad materiam remissive.
24. De cautione assecurationis judicij, an intelligatur de omnibus instantibus, vel illa tantum.
- Card. de Luca de judicij & judicabilibus.

### D I S C . X I I I .

**C**Autiones illas, ad quas jus commune colligantes respectivè obligat, pro assecuratione judicij, vive judicio sibi, vel pro expensarum refectione, Romana Curiae praxis non agnoscit, easque ab aula recessisse tenet; *Buratt. & add. decis. 398. num. 5. Coccin. decis. 504. num. 3. decis. 326. nu. 4. par. 2. rec.* Quid autem sit de jure Capyc. Latr. consul. 73. ubi alii. Excepto casu suspicionis fugæ, de quo inter judicia exequitativa, & summaria, particularis habetur inspectio infra.

Prout eadem Curia, inhærendo utriusque juris civilis, & canonici prohibitioni, sequestrum regulariter damnat, atque ab eo incipendum non esse firmiter tenet, aliquibus casibus exceptis de quibus infra; Ideoque in causis, quæ ad eam per applicationem devolvuntur, à locorum Ordinariis, alioisque Judicibus de partibus, qui imitantur Tribunalia secularia, quæ id in usu habent, si sequestrum apponatur, ut praesertim in Regno Neapolitano frequenter contingit, illud passim revocatur, atque possessori, contra quem decretum fuerit, manutentio concedi solet, sive in alijs privilegiato processu revocationis attentatorum revocatur. *Gregor. & add. dec. 9. Dunozett. dec. 923. latè decis. 277. par. 10. rec.*

Quamvis enim ipsa apposito sequestri attenta dici non valeat, cum nullus adsit attentatorum casus, sed potius laboret vitio nullitatis, aut notoriarum in iustitia, cuius ratione usu receptum est remedium summariissimi interdicti possessori retinenda, quod manutentio dicimus, etiam adversus factum judicis, ut in hujus interdicti particulari sede adverteritur infra; Adhuc tamen alterum attentatorum vitium, pro frequentiori contingentia intrare solet, ratione celeris, ac immediata exequitionis intra terminum juris ad appellandum, quoniam quoties damus, ut illud sub regula prohibitive cadat, exinde sequitur, ut sit de sui natura appellabile, & consequenter attentata remaneat exequitatio infra terminum appellationis, nullò vero magis post illam expresse interpositam, *dicitur decs. 277. § par. 10. rec. & sepius in Rota. & in aliis Tribunalibus obtinui.*

Causa autem in quibus eadem Curia sequestrum practicat, dictaque regule limitationem admittit, sunt: Primo in beneficialibus post sententiam latam favore petitoris contra possessorem, quod vulgo dicitur sequestrum in vim Clementinæ; Ifstud vero particularē habet sedem in sua materia beneficiali, ideoque ibi in causis contingentia videndum est; *zit. de benef. disc. 98.* etiam infra in relatione Curiae, agendo de Auditorio Rote infra in relatione Curiae disc. 32. occasione puncti, an id speciale sit in hoc Tribunali, vel potius in omni alio Judice, vel Tribunali procedat.

Alter casus est, ubi agatur de possessione vacua, quam generalis regula est sequestrari debet; *re; Gregor. dec. 9. & 10. Buratt. dec. 900. in princ. & pasim.* Idque ne lite pendente tertius illam invadat, seu alias ipsi colligantibus, vel eorum futuro victori prejudicium inferatur; ideoque, injusta, & calumniosa reputari solet alterius eorum oppositio, quoniam si credit bonum jus fore, atque vicit, sperat, ita utile negotium pro eo geri dicitur; Et si id non credit, nec sperat, ita animosum & calumniosum litigantem se declarat.

Tertius est casus, qui precedentis comes esse solet, ubi agatur de possessione attentata, que pariter sequestranda est; Gregor. dicta dec. 10. & 91. cum aliis dicto disc. 98. de benef. Hinc proinde, quando oppositor hanc attentatorum qualitatem neget, convinci solet cum dilemmate inevitabilis, quod; Aut ipse dicit possessionem esse ab eo plenam, aut vacuam. Si plenam, lites vel appellatione pendente, quando circa vitium attentatorum adipisci non potuit ergo ex confessione resultat probatio attentorum; Et si dicit vacuam, ergo ex superioris insinuata ratione, calumniosa remanet oppositio, disc. 98. de benef. ubi concordantia.

Quartus majoris questionis casus est, ubi agatur de turbida possessione, quia nempe uterque callitigans se possessorem pretendat etiam ante item, unde propterea utraque qualitas attentatorum, vel vacui negetur, istaque turbiditas ac reciproca praetensionis, risus vel scandala, aliave inconvenientia parere potest; Et tunc pariter locus est sequestro; Istaque propterea causa questiones facti potius quam juris esse solent, super dicta scilicet qualitate turbiditatis, que cum dicto timore rixarum, & scandalorum copulativè requiruntur; Ubi etenim clara sit unius collitigantis possessio, tunc iste timor qui per collitigantem de communis stylo magnificari solet, ut ita sub hoc praetextu emulum à possessione ejiciat, in nulla consideratione habetur per Judices, qui per tramites juris procedere tenentur, Gregor. & add. dec. 9. Buratt. & add. dec. 695. Rovit. pag. 11. de feud. num. 50. Capit. luir. confut. 63. num. 73. & seqq.

Iste liquidem sunt partes Principis, quando ex facti qualitate & circumstantiis, agnoscat ut ita pro publica quiete expedit, quod propterea certam non habet regulam, cum id potius à juris regula exorbitet, atque ita ut dictum est) remanet questionis potius facti, & applicationis, quando scilicet possessio turbida dicenda sit, quod pariter certainam ac generalem regulam recipere non potest, sed à singulorum casuum qualitate & circumstantiis pender.

Praesertim verò turbida dici possesso per Rotam, quando assumpta disputatione in judicio possessorio manutentionis, ista neutri decreta fuerit, ob difficultates, an magis uni, quam alteri discernenda esset; Cavaler. dec. 284. 474 & 507. 524. p. 5. ter. Buratt. & add. dec. 100. & 285. & sep. Sive quod aliud turbiditas' probable argumentum accedit, ut etiam adveretur infra occasione agendi de concessione vel respective negatione curationis petitorii cum possessorio, quæ in casu possessoris turbita concedenda venit, deneganda verò in casu opposito quod ea clara sit ex ibi ductus, infra in eo discursu, in quo de possessorio manutentionis agitur.

Aduic tamen in casu regulæ, quæ cautionem, vel respectivè sequestrum ut supra prohibet, præcluſum non est. Judicis officium, seu prudens arbitrium per aliquam provisionem, que quamdam sequestrum imaginem habeat collitigantis identitatem consulere ex iusto motivo, ne iudicium reddatur elusorium, atque alterius partis praedictum irreparabile remaneat. Puta quia probabilis timor imminet dilapidationis, abique eo quod alterius partis indemnitar in casu victoria consultum remaneat, ut frequens praxis doceat in perceptione fructuum litpendente facienda per minus idoneum, sive per eum, qui licet naturaliter idoneus, attamen est idoneitas, quæ respectu illius iudicij pro non idoneitate habenda est, puta quia possideat bona extra

Statum ecclesiasticum, & in locis, in quibus non sit tutus accessus; Aut quod non sit omnino liberum exercitium jurisdictionis, ac potestatis judicis, coram quo causa pendeat, cum similibus, potissimum verò, & clarus ubi adsit sententia petenti favorabilis, his enim causibus concedi solet sequestrum provisionale. Cavaler. dec. 324. Bich. dec. 123. & 423 in fin. ac sep. obtinui practicatum in Rota in Camera, in Signatura & coram A.C. & advertitur apud Dunozett. dec. 923. & in casu de quo tit. decim disc. 6. & in decisione ibi allegata:

Istud verò non est propriè tale, sicuti est in casibus suprà deducētis, cum solum succedat loco provisionalis cautionis, vel asecuracionis iudicij, id est que in eo intrat vulgare axioma, quod cautio est medicina sequestri, dum per cautionem illud promptè removeri potest, Buratt. & add. dec. 105. & 595. & 653. & dicto disc. 98. de benef. ubi distinguuntur. Sive etiam per alium equipollens remedio, simplicis inhibitionis, per quam idem obtineatur effectus, ut ex. gr. ) frequens praxis docet in locis montium, qua sub quæstione sint, quoniam sufficit inhibitione apud Secretarium ne resignationem admittat, atque ita fors principalis in tuto reponatur; Et quoad securitatem fructuum, sufficit inhibitione depositario, ne fructus solvat, sed penes se retineat sive in monte pietatis deponat; Idemque practicable est in censibus & similibus juribus; Unde propterea illa proviso, quæ majorem sequestri imaginem habet, verificatur in bonis stabilibus, in quibus oportet sequestratarium depature.

Istaque species, quæ sequestri dicitur voluntarii potius quam necessarii, non privat possessione; Gregor. & add. dec. 9. Buratt. & add. dec. 126. Bich. dec. 500. & 541. Minusque illos alios parit effectus prajudiciale, quos part verum sequestrum, adeo ut non inducat vitium litigiosi, neque validam alienationem impedit, nisi agatur de sequestro loco exequutionis.

Item pro eius remotione, opus non est expectare finem litis, vel adhuc cause cognitionem, ut in formalis sequestro contingat, quoniam cum cautione vel alio equipolenti remedio, sive tractu temporis cessante causa illius oppositionis, promptè removeri potest, etiam cum alio decreto provisionali, ex regula quod unumquodque vinculum dissolvi possit, eodem modo quo adjectum est, dicto disc. 98. de benef. ubi distinguuntur, & sep. obtinui practicari plusquam de super habentur decisiones.

Super sequestrario questiones, quoque audiri solent, cum scilicet contra eum competat processus executivus, atque affirmativa est probabilior cum depositario assimiletur, Cavaler. dec. 291. in fin. add. ad Buratt. dec. 515. in fin.

Est autem munus voluntarium potius quam necessarium juxta unam opinionem, quæ magis recepta videtur, sed postquam est acceptatum recusari non potest sine Judicis licentia. Vestr. & add. lib. 7. c. 2. Tiraq. de retract. conveni. §. 4. gl. 7.

Salarium quoque de jure petere non potest, sed solum reflectionem expensarum & damnorum, Tis 19 raquel. & Vestr. ac add. ubi supra, Coccin. dec. 1535. Verum in hoc Tribunalium & locorum stylo est deferendum.

Reputatur administrator, ideoque ubi administratio, ita exigat, librum confidere teneatur aliaque gerere quæ legali administratori incumbunt, add. ad Buratt. dec. 545. num. 9. ubi multos refert.

Nem

Non allegatur suspectus Duran. dec. 149. num. 5.  
Eo que existente non solvendo, iudex qui deputavit,  
21 tenetur, sed in subsidium iuxta regularem Magi-  
22 stratum obligationem. Rot. dec. 689. num. 1. & 2.  
p. 1. recent.

De plerisque aliis ad materiam sequestri facien-  
tibus agitur in sede beneficiali occasione sequestri  
23 beneficiorum, dicto dis. 98. de benef.

Item de cautione de iudicio Sifti, vel assurcato-  
nibus iudiciorum aut expensarum, an intelligenda sit pro  
24 ea instantia, in qua data est, vel in aliis iudiciorum, &  
tota causa, habetur infra agendo de expensis, ac etiam in materia crediti, & debiti. tit. de credito & deb.  
dis. 99. & 100. & infra in dis. in quo agitur de condem-  
natione expensarum.

## De alimentis, &amp; sumptibus litis.

## SYMMA RIVM.

- 1 **D**E subministracione alimentorum & sumptuum pauperi colliganti.
- 2 **A**bbati, vel Monacho debent dari à Monasterio.
- 3 **U**xori per virum.
- 4 **F**ilio per patrem.
- 5 **D**e clausula subministratis per ablativum absolu-  
tum.
- 6 **I**mpebit processum cause.
- 7 **D**e taxa, seu quantitate.
- 8 **d**e dicta clausula per ablativum, cum alia clausula arbitrio.
- 9 **Q**uid operetur hoc rescriptum.
- 10 **D**e casu quod sine rescripto petantur ex solo Iudicis officio.
- 11 **D**e stylo dandi aliquam summam in causam decla-  
randam.
- 12 **D**e requisitus necessariis pro his alimentis.
- 13 **D**e illo paupertate.
- 14 **D**e illo boni juris per sententiam.
- 15 **E**tiam sine sententia per solam decisionem, vel alium gustum.
- 16 **A**n debeantur in iudicio particulari.
- 17 **D**e causa status inter Monasterium, & Monachum.  
vel patrem & filium.
- 18 **M**ulieri vir, vel ejus pater debet alimenta pendente  
lite super matrimonio.
- 19 **P**auper pauperi non tenetur.
- 20 **A**n restituantur, vel imputentur.
- 21 **A**utor pupilo pendente redditione rationum.
- 22 **D**e debito per creditorem debitori carcerato.
- 23 **G**eneraliter quod sit materia arbitraria non habens  
regulam certam.

## DISC. XIV.

- 1 **S**oleat item una Partium, sub praetextu pauper-  
tatis, ac insufficientiae eius virium ad litem sub-  
stinentiam, petere ab altera colligante submi-  
nistracionem alimentorum, & sumptuum litis, ex  
quadam juris dispositione ita inducta, ne pauper à  
potente, qui eius bona vel jura occupat, ac detinet,  
opprimatur, ideoque dicitur privilegium, quod  
conceditur petitori, adversus possessorem bonorum,  
qua petitor ad se spectare pretendat, sive ad-  
versus denegantem illud jus, vel statum, quo non  
controverso, de consequenti resultaret ipsius peti-  
toris sufficiatio. Ut (ex gr.) in monacho contendente de statu monastico, cum Abbatem, vel cum  
Monasterio, à quo expulsus reperietur, vel Abba-

ti, seu Abbatissae litiganti super Prælatura, Buratt.  
dis. 615. & 756. A etiam in uxore expulsa à viro,  
sub praetextu nullitatis matrimonii, vel ex alia cau-  
sa, que matrimonium, vel eius effectus concernat,  
apud Biob. dec. 82. Royas dec. 422. Aut in filio  
21 contendente cum patre, Buratt. dec. 756. cum si-  
milibus.

Quatenus itaque pertinet ad proximam Curia pluribus modis de hoc agi solet; Primò nempè, quando ille, qui prætendit alimenta à colligante, in Rota, vel coram alio Juge, ut desuper effugiat disputations coram ipso Juge habendas, aeat Signaturam Gratiae, vel Justitiae, atque in ipsa prima provisione, vel in causa progressu super huiusmodi subministracione rescribi obtineat præcisè, cum clausula scilicet subministratio, &c. Et tunc coram Juge causa, cui commissio, vel rescriptum dirigitur, nulla cadit disputatio super puncto, an hæc alimenta debeantur, necne, cum ista clausula concepta per ablativum absolutum, importet Principis decretum decisivum, ideoque partes Judicis, absque aliqua cognitione consuetorum requisitorum, de quibus in una, vel altera Signatura cognitum, vel actum sit, sunt in exequendo. Merlin. dec. 7. & Royas dicta dec. 422. & sibi.

Quinimò, cum ablativus absolutus importet conditionem, idcirco rectè ille, cuius favore rescriptum prodiit, se opponit, ut in causa procedi non valeat, nisi prius ista conditione adimplata, ei- que parito, cum ita suspendatur aliæ iurisdictio, infra in eo dis. in quo agitur de processu in causis pen-  
sum, & alibi

Quare disputaciones, qua desuper haberi solent in Rotæ, vel coram aliis Judicibus, percutunt tam, seu quantitatem, super qua, certa regula statuit non potest, cum generaliter materia alimentorum reposita sit in Judicis arbitrio, regulando ex facti qualitate, & circumstantiis, pro qualitate scilicet personæ, & loci, ac etiam bonorum vel iuriū, fint in lite, ad proportionem fructuum ipsius rei, non autem si de re insufficiera agatur. Buratt. dec. 906. ubi add. & ad dec. 15. & 707. dec. 398. in fin. par. 13. rec. & in aliis, in quibus de materia ut in-  
fra.

Alter disputationis modus est, quando pariter una, vel altera Signatura rescribit de hac subministracione, non quidem præcisè, cum dicta clausula subministratur, sed cum clausula arbitrio, &c. Et tunc disputatur coram Juge, etiam de ipsa substantia subministracionis, ac de eius requisitis, quasi quod commissio intelligenda sit prout de jure; Sive quod de hoc in commissione non ageretur, sed subministratio peteretur ex dispositione juris.

Illa vero dignoscuntur differentiæ, vel effectus, ob quos illud rescriptum alicuius majoris operationis remanet; Primò nempe, ut ille, qui subministracionem petet, rectè se opponere valeat, quod de hoc ante omnia disputetur, ut præfertum Rotæ praxis docet; Et secundò quod ista clausula arbitrio, &c. Licer intelligenda veniat prout de jure; Attamen, ne omnino manis remaneat juris rigorem in aliquo temperat, sive de illo relaxat, ut propria circa iustificationem requisitorum, ea non adeo concludens, ac rigorosa requiratur; Ex vul-  
gari, & frequenti axiomate, quod arbitrium aliquid relaxat de juris rigore, ut in omni materia habeatur.

Tertius modus est, quando hujusmodi commis-  
sione, vel rescripto cessante, ista subministratio pe-  
tatur ab ipso Juge, coram quo causa penderet, ex  
dispositione juris; Et tunc formalis disputatio su-